UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes, Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium occurrere solitis, & ex communiote ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum V. De Obligatione Sacramentalia administrandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49267

Visual Library

MEMBRUM V.

De Obligatione Sacramentalia adminiſtrandi.

Qu. *Quid circa Sacramentalia potiſſimùm obſervand[um] ſit Paſtori?* Reſp. ſequentia præcipuè. 1. *Clara explica[tio]* quâ & oſtendatur, quid ſint Sacramentalia, & quem in fi[nem] inſtituta, nimirum quòd ſint actus externi Religionis ad [co]lendum DEUM, gratiámque ab eo impetrandam ordin[ati], quales ſunt variæ res benedictæ, variæ preces, præcipuè D[o]minica Oratio, Eleëmoſyna, & alij ſimiles virtutum a[ctus], qui ad pium motum in utente excitandum, atque adeo [ad] gratiam ex opere operantis cauſandam ordinantur, per qu[æ] à Sacramentis diſtinguuntur, utpote quæ ex opere oper[ato] eandem cauſant. 2. *Crebra commendatio*: ut ſcilicet be[ne] oſtendatur, quos fructus afferat horum Sacramentalium p[ius] & ſincerus uſus: quòd ſcilicet infringant virtutem Dæ[mo]num, aliorúmque malorum Hominum: Quòd variam à De[o] benedictionem etiam in temporalibus impetrent: quòd pe[c]cata venialia remittant, & ex conſequenti gratiæ augment[um] etiam à DEO obtineant. 3. *Studioſa cautio*: ne aut ma[jor] virtus, quàm illis competat, attribuatur, atque adeò inf[al]libilem effectum habere credantur; aut per abuſum ad ſupe[r]ſtitiones aut effectus prophanos non ſine gravi irreverenti[a] uſurpentur.

MEMBRUM VI.

De Obligatione Prædicandi.

Qu. 1. *Quid circa hanc obligationem obſervare debeat Pa[]ſtor?* ℞. ea præcipuè illi procuranda, quæ ſequentibus [ver]culis continentur.

Exacta præparatio
Pro Rei dignitate.
Apta pronuntiatio
Pro Verbi Maieſtate.
Tranquilla reſignatio
Pro fructûs quantitate.

Qu. 2. *Quid in præparatione maximè attendendum?* ℞. 1. *Inventio materiæ*, quæ ſit ſolida, practica, & ad Auditor[um] [...]